celo dia reculsauit. De hoc autem orosius ita dicit octauiani tpe hora crater facta repente liquido ac puro et sereno arcus ad speciem celestis alicuius orbem solis. Abiit quasi uentus esset qui ipsum sole solus mundumque totum et fecisset et regeret hec orosius. Idem ait eutropius refert quod thimoteus hystoriographus se in antiquis romanorum hystorijs inuenisse quod octavianus .xxxv. regni sui anno capitolium ascendit et quod post se rem publicam gubernare aduersus solitate requisit et audiuit uocem sibi dicentem puer ethereus ex deo uiuente sine tpe genitus non multum post ex intermerata uirgine deus homo nascitur sine macula hoc audito ibi aram edificauit cui hunc titulum inscripsit hec est ara filij dei uiuentis. Secundo ostensa est et manifesta per creaturam que habet esse et uiuere sicut sunt plante et arbores. In hac enim nocte ut bartholomeus in sua compilatione testatur uinee engadi que proferunt balsamum floruerunt fructum protulerunt et liquorem dederunt. Tercio per creaturam que habet esse uiuere et sentire sicut sunt animalia. Proficiens enim ioseph in bethleem cum maria pregnantem duxit secum bouem forte ut ipsum venderet et censum pro se et pro uirgine solueret et de residuo uiueret et unum asinum forte ut uirgo super eum uerberet. Hos igitur et asinus miraculose dominum cognoscentes flexis genibus ipsum adorauerunt. Ante etiam cristi natiuitatem per aliquos dies ut ait eusebius in cronica. Cum quidam ararent boues ad aratores dixerunt homines deficient segetes proficiant. Quarto per creaturam que habet esse uiuere sentire et discernere ut est homo sicut per pastores. Nam in ipsa hora pastores super gregem suum uigilabant sicut bis in anno in longioribus et breuioribus noctibus animi consueuerat

**A**os enim fuit antiquitus gentilibus in  
 utroque solsticio scilicet estivali circa fes-  
 tum iohannis baptiste et hyemali circa  
 natiuitatem domini vigilias noctis custodi-  
 re ob solis veneratione qui forte etiam ap-  
 pud iudeos ex usu cohabitatum mole-  
 uerat. Iphis igitur angelus domini apparet  
 et saluatore nati nuntiavit et quomodo in-  
 uenirent signum dedit. Factaque est cum eo  
 multitudo angelorum dicentium. Gloria in  
 altissimis deo etc. Pastores ergo venien-  
 tes totum sicut angelus dixerat inuenerunt.  
**S**ic iterum manifestata est per cesarem au-  
 gustum qui tunc preceptum dedit ne cum ali-  
 quis deum vocare auderet. sicut orosius  
 testatur. Forte enim cum visionem illam circa so-  
 lem vidisset recolens simul de ruina tem-  
 pli et de fonte olei et intelligens quod in mun-  
 do natus esset qui maior erat nec deus nec  
 dominus vocari voluit. In quibusdam quo-  
 que cronis legitur quod appropinquante die  
 natiuitatis domini octavianus per mundum  
 vias publicas fieri precepit et omnia  
 debita romanis dimisit. Sic etiam mani-  
 festata est per sodomitas qui omnes in toto  
 mundo illa nocte extincti sunt. sicut dicit  
**J**erome super illud lux orta est eis tanta  
 scilicet quod omnes laborantes in illo vicio ex-  
 tinxit et hoc fecit christus ut omnes eradica-  
 ret ne in natura quam assumpsit tanta de  
 cetero immundicia inueniretur. Nam ut di-  
 cit augustinus videns deus viciam contra na-  
 turam in humana natura fieri fere desijt in-  
 carnari. Quanto per creaturam que habet esse  
 viuere sentire discernere et intelligere si-  
 cut angelus. Angeli enim ipsam christi na-  
 tiuitatem pastoribus annuntiauerunt ut su-  
 perius dictum est. Tercio eius natiuitas  
 nobis est utiliter exhibita. Primo ad  
 demonum confusionem. Nam hostis iam no-  
 bis ut ante preualere non potest unde le-  
 gitur quod sanctus hugo abbas cluniacensis

in vigilia natiuitatis domini vidit beatam  
 virginem in vlinis tenere filium et dicentem  
**A**d istum diem in qua prophetarum oracula re-  
 nouantur. Vbi nunc est hostis qui ante  
 hunc diem hominibus preualebat. Ad hanc vo-  
 cem dyabolus de humo prerupit ut ver-  
 bis domine insultaret sed mentita est iniqui-  
 tas sibi quam dum offensas fratrum et cui  
 ret ipsum ab oratorio deuota a refectorio  
 lectio a dormitorio strameta vilia a ca-  
 pitulo pacetia reiecit. In libro quoque petri  
 elumiacensis legitur quod in vigilia natiuitatis  
 domini sancto hugoni abbati cluniacensi  
 si apparuit beata virgo filium in gremio  
 tenens et cum eo iugis qui dicebat. Ros-  
 tti mater quod die natalis mei ecclesia cum  
 magno laude tripudio celebrat. et ubi  
 est nunc dyaboli virtus vel quid dicere  
 poterit vel facere. Tunc dyabolus videba-  
 tur quasi de humo surgere aut dicere. et si  
 in ecclesia ubi laudes tue fiunt merare  
 non possit sed tamen capitulum dormitorio  
 et refectorium introibo. quod ille attemptans  
 inuenit ostium capituli nimis artum sibi  
 grossum ostium dormitorio nimis depressum  
 sibi elato ostium refectorij repagulum  
 impedimentis a caritate scilicet seruientis  
 um auditate audiendi lectiones et sobrietate  
 cibi et potus et sic confusus eu-  
 nit. Secundo ad vnicuique impetracionem vni  
 legitur in quodam libro exemplorum quod cum  
 quedam mulier lubrica ad cor tandem re-  
 disset de venia desperabat. nam cogitans  
 de iudicio reputabat se esse ream de infer-  
 no de celo reputabat se esse immundam de  
 passione reputabat se esse migratam cogi-  
 tas vero quod pueri de facili placantur christum  
 per suam infantiam adiuravit et vocem de sua  
 venia audire meruit. Tercio ad infirmi-  
 tatum curacionem de hac etiam natiuitatis  
 utilitate dicit Bernhartus. triplex morbo la-  
 borat genus humanum in principio in medio

et in fine id est natiuitate vita et morte  
Natiuitas erat immunda vita pueris  
mors periculosa Venit cristus et contra  
huc triplicem morbum attulit triplex re  
mediū Natus enim est virgine et obijt eius  
natiuitas purgauit nostram Eius vita  
instruxit nostrā. Mors illius destruxit  
nostrā hec bñ. De utilitate etiā ipsius  
natiuitatis cristi Quarto ad nostrā sup  
bie humilitatē vñ dicit Aug⁹. qd humi  
litas filij dei quā nobis incarnatione  
exhibuit fuit nobis in exemplum in sa  
cramentū et in medicamentū in exemplū  
conuenientissimū quod homo imitaret  
aliū sacramentū quo peccati nostri vin  
culum solueret et hūmū medicamentum  
quo timor nostre supbie sanaretur hec  
aug⁹. Supbia enim p primi hoīs sanar  
ta est p humilitatem cristi Et notandū  
qd conuenienter humilitas saluatoris re  
spondeat supbie p̄ditōis Supbia enim  
primi hominis fuit contra deū vsq; ad  
deum et supra deum. Fuit contra deum  
qz eius preceptū quo preceperat nō de li  
gno sciencie boni et mali cōmēderet fuit  
etiā vsq; ad deum qz vsq; ad appetitū  
diuinitatis credens qd dyabolus dixerat  
eritis sicut dii fuit et supra deū sicut di.  
Anselmus volendo qd deus illum velle  
nolebatur. Tunc enim suam voluntatē  
posuit at illi⁹ dei scdm iohannē dam.  
humiliauit se ppter homines nō contra  
homines et supra homines. ppter homi  
nes qz ppter eorum utilitatē et salutem  
Vsq; ad homines p nascendi modū cō  
similem supra homines p nascendi mo  
dum dissimilem Nam eius natiuitas et  
scdm aliquid nob similis fuit qz scilicet  
natus est ex muliere et p eandē portam  
propaginis. Et secundum aliquid dissi  
milis qz de spiritu sancto ex maria virgi  
ne natus est. *De sancta Anastasia*

**A**nastasia dicitur ab ana quod est sursum et  
stasis quod est stans siue stat⁹ qz sur  
sum stetit a vicijis et a peccatis ad virtutes

**A**nastasia nobilissimā romanorū  
filia pretaxati illustris sed pagani  
a matre sua fantasta cristiana et a be  
ato Crisogono fidē cristi edocta ē. Edita  
autē publico in vxorē lāguozē similis  
semp se ab ei⁹ cōsorcio abstinebat Qui  
audiēs eā cū vna tantū ancilla in vili ha  
bitu cristianoꝝ carceres arcuere et eis  
necessaria ministrare. fecit eā artissime  
custodiri ita vt etiā eidem alimonia de  
negaret volēs aut eā sic p̄mire vt pos  
set in ei⁹ largissimis possessiōib; lasciu  
re putās igit se mori dolorosas litteras  
crisogono mittebat. et ille cōsolatoria e  
remittebat. Tertia vir ei⁹ moriē et illa  
a carceribus liberat hec habebat tres an  
cillas pulcherrimas que sorores erāt qua  
rū vna dicebat agabeta altera thomia et  
altera yreia que cum cristiane essent et  
prefecti monitis nullaten⁹ obdicerent in  
cubiculū eas reclusit nisi coquine vten  
silia seruabantur Prefect⁹ autē in eaz ar  
dens amorē ad eas iuit vt suā libidinem  
exerceret Qui in amenciam vtrius putās  
se tractare virgines ca callos patellas cal  
daria et similia amplectēs osculabatur  
et cū ex hoc fact⁹ fuisset foras exijt ni  
gerim⁹ et deformis et vestimētis cōcis  
quē serui qui eū p̄forib; expectabant  
sic aptatū videntes cogitātes qd in damo  
nē vers⁹ esset eū verberib; affecerūt et fugi  
ētēs solū reliquerūt. Cūq; imperatorē adiret  
vt de hoc cōquereret. Alij virgib; percu  
cebāt. Alij lutū et puluerem in eum p̄  
iciebāt suspicātes qd infirmū vtr⁹ ee oculi  
an ei⁹ tenebāt ne sic se deformē videret  
Qua propter mirabatur plurimū cū sic  
eū oēs deridebāt quem in tanto honore  
habere consueuerāt videbatur enim ei qd ipse



et om̄s albis vestib; esset̄ induiti putās  
 vero cū sic se deformē ab alijs didiasset  
 q̄ puelle sibi p̄ artē maycam hoc fecis-  
 sent. Iussit eas corā se expoliari ut eas  
 saltē nudas aspiceret sed statim ear; ve-  
 stimenta sic corporibus adhaerūt. ut  
 nullo modo exui valerēt. Prefectus au-  
 tē pre admiratione ita obdormiuit ster-  
 tens q̄ etiā a pulsantib; nō poterat exa-  
 rari. Tandē virgines martirio coronā-  
 tur et anastasia ab impatore cuiā pre-  
 fecto traditur ut si eā sacrificare faceret  
 postmodū i uxore eam haberet. Cūq; eam  
 in thalamū induxisset et eā ample-  
 xari vellet statim cecus effectus est deos  
 adijē querens si euadere posset. Rūderūt  
 dicentes quia sanctā anastasiā strista-  
 sti nobis traditus es et amodo semper  
 nobiscū i inferno torqueberis. Cūq; do-  
 mū reduceretur. inter manus puerorū  
 vitam finiuit. Tunc anastasia alij pre-  
 fecto traditur ut eam i custodia detine-  
 ret. Audiens em̄ q̄ infinitas possessio-  
 nes haberet primatim dixit ei Anastasia  
 si vis esse cristiana fac qd̄ precepit dñs  
 tuus. Ille em̄ precepit qui nō renūtia-  
 uerit om̄ib; que possidet nō. Omnia igitur  
 que habes michi da et vade quo vo-  
 lueris et vere cristiana eris. Cui illa res-  
 pōdit. De; meus precepit vende om-  
 nia q̄ habes et da paupib; et nō diuiti-  
 bus. Cum ergo diues sis extra preceptū  
 dei facere si aliqd̄ tibi dare. Tūc anasta-  
 sia diro cruci fame cruciādo tradit. sed a  
 sancta theodora q̄ iā p̄ martiriū corona-  
 ta fuerat p̄ duos menses esca celsi pas-  
 scit. Tandē cū duētis virginib; ad in-  
 sulas palmarias ducta est vbi multa  
 p̄pter nomē cristi fuerāt relegati Post a-  
 liquos vro dies prefectus om̄s ad se  
 vocauit ⁊ anastasiā ad palos ligatam  
 igmbus concremauit alios vro diuer-

sis supplicijs interemit Inter quos vnus  
 erat qui pluries p̄pter cristū multis diui-  
 cijs spoliatus semp dicebat cristū saltē  
 michi nō aufretis. Apollonia autē cor-  
 pus sancte anastasiae i viridario facta  
 ibi ecclesie honorifice sepeliuit Passa est  
 aut sub dyocletano qui cepit arca an-  
 nos dñi. cc. lxxvij. *De sancto Stephano*

**S**tephanus grece latine dicitur co-  
 rona sed hebraice norma. Fuit em̄  
 corona id est principū martirū i nouo  
 testamento sicut abel i vtri. Fuit etiam  
 norma id est exemplar et regula alijs  
 patendi. Vel stephanus dicitur quasi  
 strenue fons qd̄ patet i sui sermone vel  
 dicitur stephanus quasi strenue stans  
 vel fons anus id est strenue siue laudas-  
 biliter stans id est instruens et regens  
 anus id est viduas quib; ab aplis fu-  
 erat prefectus que ad hāc anus erant  
 Est ergo corona quasi principū marti-  
 rij norma p̄pter exemplū patendi et be-  
 ne viuendi strenue fons p̄pter luculentā  
 predicationē strenue stans p̄pter vidua-  
 rum laudabilem instructionē.

**S**tephanus  
 fuit vnus de septē dyacomib; ab a-  
 postolis ministeriū ordinatus. Crescen-  
 te em̄ numero discipulorū conuersi ex  
 gentib; aduersos ex iudeis murmurare  
 ceperunt ex eo q̄ vidue eor; i ministerio  
 cottidiano stēpnebant. Quis autē  
 murmuris causa dupliciter potest intelli-  
 gi aut qz vidue eorū i ministerio nō ad-  
 mittebant aut qz pre certis i cottidia-  
 no ministerio grauabant apli em̄ ut ex-  
 peditis predicaōm i ministeriū viduas mis-  
 istracōem omiserāt. vidētis itaq; apli  
 murmuracōnē ortā p̄ admistracōne  
 viduarū volētis h̄ murmur sedare con-  
 gregata oī mltitudie dixerūt nō ē equū  
 nos derelinq̄re verbū dei ⁊ ministrare mēs

Glosa qz melioza sūt fereulā mentes q̄  
dapes corpis. confidat q̄ fēs viros ex  
vob̄ boni testimonij vij. plenos spiritu  
sancto ⁊ sapia q̄s constituant sup̄ h̄ op̄  
Glo. vt ministrēt l̄ vt mīstrātibz p̄sent  
Nos vō oracōi ⁊ p̄dicaōi iſtātes erī  
mus. Et placuit sermo oī p̄p̄o ⁊ multi  
tudini ⁊ eligerūt septē quoz̄ beatus ste  
phanus prim⁹ ⁊ primiceri⁹ extitit ⁊ ad  
duxerunt eos ad apostolos ⁊ imposue  
runt sup̄ eos manus. Stephan⁹ autē  
plenus gracia ⁊ fortitudine faciebat p̄  
dicia ⁊ signa in populo. Inuidēs igitē  
iudei ⁊ eū sup̄are et cōvincere cupientes  
triplicia modo eum vincere aggressi sūt scz  
disputacione testiū p̄ductione et tormē  
torum illacione. Sed tamē ipse dispu  
tantes superavit testes falsos conuict et  
de suis tortoribus triumphauit ⁊ in q̄  
libet pugna adiutorū sibi de celo datū ē  
In prima enī dat⁹ ē spirit⁹ sanct⁹ q̄ fa  
cundia ministraret. In scda vultus an  
gelicus qui falsos testes terzeret Et in ter  
cia visus est cristus adiuuare paratus  
qui martirē confortaret In qualibet igitē  
pugna ponit tria scilicet aggressū p̄selū  
collatū adiutorū ⁊ adeptū triumphum  
hystoriā igitē breuiter p̄curzētes h̄ om  
nia videre poterim⁹ Cum igitē beatus ste  
phanus multa signa faceret ⁊ frequē  
p̄p̄o p̄dicaret. iudei p̄ p̄selū cū eo ī  
ierūt vt eum p̄ disputacōnē cōvincerēt  
Surzeperunt enī quidā de synagoga  
libertinorū id est filiorū libertorū Liberti  
ni enī dicūt filij libertoz̄ id est eozū qui  
de seruitute manumissi sūt ⁊ libertati do  
nati ⁊ sic de stirpe serui fuerūt q̄ p̄mo fi  
dei resistērūt ⁊ tyrenēsū a crene ciuitate  
et alexandrinorū ⁊ eoz̄ qui erant a ali  
cia ⁊ asya disputantes cū stephano Ec  
ce primū p̄selū demde subuigē trū  
phū ⁊ nō potērāt resistere sapientie po

stremo ponit adiutorū ⁊ spiritū qui lo  
quebat Videntes igitē q̄ p̄ hūc modum  
pugnandi eū nō possent sup̄are ad secu  
dū modū callide se ouertūt vt scilicet eū  
falsis testibz sup̄arēt. Submiserūt enī  
duos falsos testes q̄ eūdem de quadrupli  
a blasphemia accusarēt adducētes ita  
qz eū in cōalū falsi testes eū de quatuor  
accusabāt scz de blasphemia in deum in  
moysen in legē ⁊ in tabernaculū siue tē  
plū Ecce p̄selū ⁊ intuentes eū omnes q̄  
sedebāt in cōalio ⁊ videbāt facē eius tā  
q̄ facē angeli ecce auxiliū. demde ponit  
hui⁹ secunde pugne victoria Cū falsi te  
stes de hīs omnibz confutāt dixit enī p̄i  
ceps sacerdotū si hoc ita se haberet Tunc  
beat⁹ stephanus de illis quatuor q̄ sibi  
falsi testes imposuerūt se p̄ ordinē excu  
savit Et primo excusavit se de blasphem  
ia in deū dicēs deū qui locutus fuit pa  
tribz ⁊ p̄p̄bis deū gl̄ie fuisse vbi deum tri  
plicat cōmēdauit s̄m q̄ h̄ verbū potest tri  
plicat exponi ē enī de⁹ gl̄ie. i. collatiū  
gl̄ie. i. R. ij. Qui honorifica uerit me  
gl̄ificabo eū vel de⁹ gl̄ie. i. obtentiū gl̄ie  
p̄v. vij. meū sūt diuicie ⁊ gl̄ia l̄ deus  
gl̄ie. i. de⁹ cui a creata debet gl̄ia. i. regi  
seculoz̄ īmortali rē. Cōmēdat igitē deū  
triplicat scz q̄ sit glorios⁹ glorificatus ⁊  
gl̄ificād⁹ Demde excusat se de scda blas  
phemia in moysen multiplicat cōmēdā  
do Cōmēdat enī eū p̄cipue a tribz scz a  
zeli seruore qz p̄uicēt egyptiū īterfecit  
a miraculoz̄ opacōe q̄ ī egypto et in de  
serto fecit ⁊ a del familiaritate qz pluries  
cū deo familiarit locut⁹ fuit postmodū  
excusat se de tercia blasphemia q̄ erat in  
legē ipsā triplicat cōmēdādo scz ex racōe  
dātis q̄ fuit deus ex rōe mīstrātis q̄ fuit  
moyses tal⁹ ⁊ tā⁹ ⁊ ex rōe finis qz dat  
uitā postmodū cepit se purgare de q̄rta  
blasphemia q̄ erat ī tabnacleū ⁊ ī tēplū

**I**psū tabernaculum quod dupliciter omen  
 dando scilicet quod fuit a deo fieri preceptū  
 in visione ostensū a moysi consumatur.  
 et arche testimonij contentiuū. **T**ēplū  
 autē dixit tabernacula successisse. **S**ic et  
 ergo beatus stephanus de crimine sibi ob-  
 iecto rōnabiliter se purgavit. **V**identes  
 igitur iudei quod in nec isto secūdo mō eū su-  
 pare valerēt. **T**erciuū modū assumunt  
 et terciā pugā meūt ut scilicet saltem  
 tormentis et supplicijs eū superaret quod  
 ut vidit beatus stephanus volens pre-  
 ceptū dominici de supra correctione ser-  
 uare tribus mōis eos conatus est corrigere  
 et a tanta malicia cohibere scilicet pu-  
 dore timore et amore. **P**rimo pudore.  
 eis duriciā cordis et sanctorū necē in p-  
 perādo dura inquit ceruice et in arcuāsis  
 cordibus et auribus vos semper spiritu san-  
 cto resististis sicut et patres vestre ita et  
 vos. quē enim prophetarū patres vestri non  
 fuit persecuti et occiderūt eos qui prenūti-  
 abāt de aduentu iusti. vbi sic dicit glo-  
 sa tres gradus malicie eorū ponit. pri-  
 mus est quod spiritu sancto resistunt.  
**S**ecūdus est prophetas persecuti sūt. **T**er-  
 cius est crescente malicia eos occiderunt  
 sed quia frons mulieris meretricis facta  
 erat eis et nesciebant erubescere nec sic a  
 concepta malicia destiterunt ymo audien-  
 tes hec dissecabant cordibus suis et  
 stridebant dentibus in eū. **P**ostmodū er-  
 go correxit eos timore pro hoc scilicet quod  
 ihesū stantē a dextris dei se videre prohibu-  
 it quasi paratū se adiuuare et aduersari-  
 os condemnare. **C**ū enim esset stephanus  
 plenus spiritu sancto intuens in celū vi-  
 dit gloriā dei et ait. **E**cce video celos a-  
 pertos et filiū hominis stantē a dextris vir-  
 tis dei licet igitur iam pudore et timore cor-  
 repperit eos nō tamē adhuc destiterūt sed  
 detriores quā prius fuerunt exclamātes

enim voce magna continuerūt aures suas  
 et gloria ne blasphemāte audirent et im-  
 perū fecerūt vnamitter in eū et pientes  
 eū extra ciuitatē lapidabant. **I**n hoc se-  
 cūdū legem se agere arbitratos que blas-  
 phemē extra castra māclauerat lapidari.  
**E**t illi duo falsi testes. qui in eum  
 primi lapidē mittere debebāt scdm legē  
 dicentem. prima manus testū lapidas-  
 bit eū deposuerūt vestimenta sua ne illi-  
 us tactū coinquinarent vel ut ad lapi-  
 dandū expeditiores redderent secus pe-  
 des adolescentis qui vocabatur saulus. et  
 postea vocatus est paulus. **Q**ui dum  
 lapidantiū vestimenta custodiret ex eo  
 quod ad lapidandū eos expeditiores redde-  
 ret quasi manu oīm lapidauit. **C**ū autē  
 eos nec pudore nec timore posset nequi-  
 cia retrahere terciū modum adhibuit ut  
 saltē eos amore coherceat an nō eximi-  
 us amor fuit quē eis ostendit. quando  
 pro se et pro ipsis orauit. pro se quidē or-  
 rauit ne sua passio prolongaretur et sic  
 ipsi rei noxa maiora tenerentur. **P**ro  
 ipsis autē orauit ne hoc eis in peccatum  
 imputaretur. **L**apidabant inquit ste-  
 phanū inuocantē et dicentē. **D**ñe ihesu  
 accipe spiritū meū positus autē genuibus  
 clamauit voce magna dicens. **D**ñe ne  
 statuas illis hoc peccatū et vide amorem  
 mirabilem quia orādo pro se stetit orando  
 pro suis lapidatoribus genua flexit qua-  
 si plus orationē quā pro ipsis faciebat quā  
 illā quā pro se effundebat cuperet exaudi-  
 ri pro ipsis etiā potius quā pro se genua flexit  
 quod ut dicit glo. ibidē quorum maior iniqui-  
 tas maior supplicandi remediū postula-  
 bat. **I**n hoc etiā martir cristum imitas-  
 tus est qui in passione sua pro se ora-  
 uit dicens. **P**ater in manus tuas com-  
 mendo spiritum meum. et pro suis cruci-  
 atoribus dicens. **P**ater ignosce illis et

Et cum hoc dixisset obdormiuit in dño.  
glosa pulcre dictum est obdormiuit et  
nō mortuus est quia obtulit sacrificiū  
dilectionis et obdormiuit in spe resurre  
ctionis. **F**acta est autē lapidatio stephāi  
eodem anno quo dñs ascendit in p̄rio  
mense augusti tercia die intrante. **S**an  
ctus vero gamalielis et nicodemus qui  
erant p̄ cristianis in omnib; cōsilijs inde  
orum sepelierunt eū in agro ipsius ga  
malielis et fecerunt planctum magnū  
sup eum et facta est magna p̄secutio cri  
stianorū qui erant in iherusalem q̄ occi  
so beato stephano vno de primarijs  
alios grauius p̄sequi ceperunt in tātum  
q̄ omnes cristiani p̄ter apostolos qui  
erant ceteris fortiores p̄ totam iudeorū  
prouinciam sunt dispersi. **I**uxta q̄ dñs  
p̄ceperat eis si vos secuti fuerit in vna  
ciuitate fugite in aliā. **R**efert aug⁹. do  
ctor egregius beatum stephanum minu  
meris miraculis claruisse et mortuos sep̄  
suis meritis suscitasse multos a varijs  
lāguoribus curasse. **P**̄ter hec autē alia  
refert miracula digne memorie cōmens  
danda. **A**it enim q̄ flores sup altare be  
ati stephani ponebant et inde ablati su  
p infirmos ponebant. **P**̄ anni etiā de ei⁹  
altari sumpti et sup egros impositi mul  
tis extiterūt infirmatib; in medelam. nā  
sicut ait in libro. xxij. de ciuitate dei flo  
res ipsi de altari assumpti cuiusdā mul  
ieris cecce oculis impositi sunt et illa con  
tinuo lumen recepit. **R**efert quoq; in  
eodē libro q̄ cum quidā vir primarius  
ciuitatis nomine marialis infidelis esset  
et nequaq̄ cōuertī vellet cū tamen plu  
rimū egrotarent gener su⁹ valde fidelis  
ad ecclesiam sancti stephani venit et de  
ipsis florib; q̄ sup altari erant accipiēs  
ad caput suū socii flores ipsos latenter  
posuit sup quos cū ille dormisset p̄tin⁹

ante diluculū clamauit vt ad episcopū  
mitteret cū aut episcopus abesset sacer  
dos ad eū venit et ipsum cum se credere  
diceret baptisauit. hic q̄ diu vixit hoc  
verbum semp in oratione habuit criste  
accipe spiritū meum. **C**um tamiē hic bea  
ti stephani vltima verba nesciret. **A**liud  
similiter in eodem refert miraculum q̄  
quedam matrona nomine patrono cū  
diu infirmitate grauissima torqueretur  
et multa adhibens remedia nullum sen  
tiret liberacōnis vestigium tandem quē  
dam iudeum cōsuluit qui annulū quē  
dam cū quodā lapide ei tribuit vt ipso  
annulo cū corda ad nuda corporis an  
geretur ut ex virtute illius beneficiū reci  
peret sanitatis. **S**ed dū hoc sibi nil vale  
re conspiceret ad ecclesia p̄thomartiris  
p̄perauit et p̄ salute sua instans bea  
tum stephanum exorauit. **T**uue subito  
insoluta corda et illeso annulo remanē  
te annul⁹ in terram p̄siliit et continuo  
p̄fecte sanitatē se sensit aliud similiter ī  
eodem nō minus mirabile refert miracu  
lum. **A**pod nāq; cesareā ca padoce que  
dam nobilis matrona erat viri quidem  
destituta solacio s̄ nobili vallata mul  
titudine filiorū. **N**am decē filios habuit  
se dicit quorū septem mares et tres femi  
ne fuisse p̄hibentur. **Q**uadam igit vice  
dum mater ab eis offendit maledictio  
nem suā filijs imprecatur subito autem  
maledictionē matris diuina vindicta  
subsequit et omnes pena simili et horri  
bili feriunt. **N**ā omnes tremore mēbro  
rum omniū horribiliter sūt p̄cussi. qua  
p̄pter mimiū dolentes et eorū diuinū ocu  
los n̄ ferētes p̄ totū orbē vagari cepūt  
et quicūq; ibāt oīm ī se ouertebāt aspectu.  
**E**t hijs autē duo fr̄ et soror paul⁹ et pal  
ladia ypomā venerūt et ipsi aug. ibidē  
episcopo que sibi contigerat narrauerunt

Cū g̃ iam xv. dieb̃ ãte paschā eccāz b̃tī  
ste. frequētes sāitate ab ipso m̃tis p̃  
ab̃ post̃ assent̃ ī ipso die pasche cū fres  
quēs p̃p̃s p̃sens ēēt vñ ex eis paul̃ res  
p̃ere cā cellū itrouit et añ altare cū m̃tra  
fide ⁊ reuerencia se p̃stravit in oracōe Et  
cū astātes rei exitū expectarēt s̃bito furs  
rexit sañ a tremore corp̃is deiceps alie  
nus Cū aut̃ ad augustinū fuiss̃ adduct̃  
ipse eū ad p̃p̃m p̃tulit. ⁊ seq̃nti die libel  
lum de narzacōe ei⁹ eis recitandū p̃mis  
sit. Cū autē sic ad p̃p̃m loq̃ret et soroz  
illi⁹ ibidē om̃ib̃ mēbris tremens assiste  
ret surgēs illa e medio b̃tī ste. cā cellos  
itruuit et statim velut obdormiens s̃bito  
sana surrexit. Ip̃a s̃it̃ in mediū p̃duat̃  
et de ṽtusq̃ sāitate deo et b̃tō ste. ī men  
se g̃ae referunt. Orōis̃ namq̃ a Jero.  
ad augustinū rediēs q̃sdam reliq̃as. s.  
stephani derulit ad q̃s p̃dicta ⁊ p̃la mira  
cula facta s̃ūt. Notādum autē q̃ be. ste.  
hac die pass̃ nō ē sed ea die vt̃ dicitur  
qua ei⁹ iuencō celebrat̃. Et̃ autē inuē  
tio hac die dicitur extitisse S̃ q̃ze festa  
mutata sint dicit̃ cū de inuencōne agef̃  
Ad p̃sens autē h̃ dixisse sufficiat q̃ du  
plicā de cā eccā h̃ tria festa q̃ secūf̃ natis  
uitatē dñi sic voluit ordinare. Prima ē  
vt̃ x̃po sponso ⁊ capiti omēs sui comites  
adiūgātur. Pat̃ ei⁹ x̃ps sp̃ofus sponse  
eccleie ī hunc mundum tres sibi comites  
adiūxit De q̃b̃ comitib̃ dicit̃ in cantica  
Dilect̃⁹ me⁹ can. et rubicund⁹ electus  
ex milib⁹ Candid⁹ q̃ ad Jo. euāgelistā  
p̃ciosum cōfessorē. Rubicūdus q̃ntum  
ad stephanum p̃thomartirē. Elect⁹ ex mi  
libus q̃ntū ad turbam innocētum virgi  
nalem Secūda racō est vt̃ sic ecclesia om  
nū martir̃ genera sc̃dm gradus dignita  
tis ī simul adunaret Quoz̃ quidē mar  
tirij x̃pi natiuitas causa fuit. Est enim tri  
plex martirū Vnum voluntate et ope

Sc̃dm voluntate et non ope Tercium  
opere sed non voluntate Primum ī be.  
ste. sc̃dm in be. Jo. Tercium in innocētib̃

### De sc̃o Johāne euāgelista

**J**ohannes int̃pretatur del gra  
tia ṽl in quo est gracia ṽl cui  
donatum est ṽl cui donacō a deo facta ē  
Per h̃ intelligūtur iij. p̃uilegia q̃ fuerunt  
ī be. Jo. Primum ē p̃cipua x̃pi dilectio  
X̃ps em̃ p̃re ceteris apostol̃ eū dilexit et  
in iiora dilectionis et familiaritatis sig  
na oñdit Et̃ inde dicit̃ dei g̃aa q̃ dñō g̃  
aof⁹ Et̃ā plus petro ip̃sū dilexisse videt̃  
S̃ est dilectio animi ⁊ signi. et illa que  
ē signi duplex ē Vna q̃ consistit ī familiar  
ritatis oñsione ⁊ alia ī beneficōz̃ exhibi  
tione. q̃ntum ad p̃mum ṽtq̃ equalit̃  
dilexit. q̃ntū ad sc̃dm plus Jo. q̃ntū ad  
terciū pl⁹ pet̃z Sc̃dm ē carnis icorruptio  
q̃ ṽgo a dñō ē elect⁹. ⁊ idē d̃ ī quo  
ē g̃aa In ip̃so em̃ fuit g̃aa pudicie ṽz  
g̃ial ṽñ ⁊ de nupcijs volēs nubere a do  
m̃io vocatus fuit Tercium ē secretoz̃ reue  
lacō Et̃ idē d̃ cui donatū ē Et̃ idē ei dona  
tū ē m̃tra secreta ⁊ p̃funda nosse sicut de  
diuinitate verb̃i ⁊ s̃ūmacōe secl̃i Q̃ntū  
ē matris del recōmendacō et idē dicitur  
ē cui donacio facta ē Maria em̃ donacio  
a dñō tūc eidē facta ē q̃ñ mater dei ī eius  
custodia donata ē Et̃ vitā miles⁹ laodi  
ce ep̃s scripsit quā p̃s̃d. ī libro de ortu  
et vita ṽl obitu sc̃oz̃ pat̃z abbreuiavit

**J**ohes ap̃l⁹ ⁊ euāgelista dilec  
tus a dñō ⁊ ṽgo electus Post  
pent̃. d̃sis ap̃lis ī asiam ē p̃fect⁹ vbi  
eccās m̃tras fūdauit Domica⁹ igit̃ im  
pator ei⁹ itelligēs famā accersitū eū ī dor  
lū feruentis olei ante portā latinā mitti  
iussit Ille autē inde exijt illel⁹ sicut a cor  
ruptōne carnis extiterat alienus Vidēs  
igitur impator q̃ nec sic a p̃dicatione

desisteret eū i pathmos insulā i exiliū res  
legauit vbi sol⁹ degēs apocalipsi scrip  
sit **E**odē āno impator ppē sui mimiā cru  
delitatē occidit et a senatu q̄tq̄d fecerat  
reuocat **S**icq; factū ē vt scūs Jo. q̄ cū  
iuria i insulā deportat⁹ fuerat cū hono  
re ephesi redirez occurzēte ei vniuersa tur  
ba et dicēte **B**ndic⁹ q̄ venit i nomine  
dñi. Cū autē igrederez vrbēz dzusiana ei⁹  
dilectrix q̄ suū p̄imū desiderabat aduētū  
mortua efferebat. **P**azēte⁹ igitē ei⁹ uidue  
et orphani dixerūt ei scē Jo. ecce dzusi  
ana efferim⁹ q̄ tuis semp moitis obser  
uādas nos oēs alebat. tuūq; desiderabat  
p̄imū aduētū dicēs **O** si uideam aplm  
dei anteq̄ moriar **E**cce tu visti et te vi  
dere nō potuit **T**ūc iussit feretz depoi et  
corp⁹ resolu dicēs. **D**ñs me⁹ ihes⁹ xps  
suscitet te dzusiana surge ⁊ vade i domū  
tuā et para michi refectōēz. statī illa sur  
rexit ⁊ cepit ire solliata de iussione apli  
ita vt sibi uideret q̄ nō de morte sed de  
somnia exatasset eā. **A**ltera autē die ceas  
ton pbs i foro pplm suocauit vt ostē  
derz q̄mō h̄ mūd⁹ stemnēd⁹ eēt. **D**uos  
em̄ ditissimos iuuenes frēs p̄cōssimas  
gēmas distracto toto p̄imōio emere fe  
cerat ⁊ eas i respectu oīm ofringi iusserat  
**C**ōtigie igitē aplm illuc trāsitūm facere  
vocāsz ad se p̄m hui⁹mōi mūdī ōp̄  
tū triplia rōe ōdēnauit **P**riō qz ore ho  
minū laudat s; dño iudicō ōdēnat ij.  
qz ex tali ōp̄tu uicū nō curat. et iō va  
n⁹ est sicut medicā vana dī ex q̄ mor  
bz neq̄q̄ curat. **T**ercō qz ōp̄t⁹ merito  
ri⁹ ē q̄ sua pauperib; elargitē sicut dñs  
iuuem dixit **S**i uis p̄fect⁹ eē vade et vē  
de omnia que habes et da pauperib; **C**ui  
craton dixit **S**i vere deus magister tu⁹  
est ⁊ uult vt harum gēmarum precium  
pauperib; erogetur fac vt reintegrentur  
vt ad eius faciās gloriā quod ego ad

hominū feci faciāz **T**ūc b. Jo. gēmarū  
fragmenta i manū suaz recolligēs oza  
uit ⁊ facte sūt itegre sicut p̄zi⁹. statī qz  
pbs et illi duo iuuenes crediderūt et gē  
mas videntes p̄ciū pauperib; erogarūt  
**D**uo ihup iuuenes honozati hoz exem  
plo veditis omib; ⁊ pauperib; erogatis  
aplm sūt secuti **Q**uadaz autē die uidēt⁹  
seruos suos p̄cōsis indumentis fulgen  
tes i vno vno pallio se egētes ōstristas  
ri ceperūt **Q**d cū sanct⁹ Jo. aduertisset  
eo q̄ facie tristes eēt. virgas et lapidēs  
a littoze maris deferri fecit et eos i aux  
⁊ gēmas ouertit **Q**ui iussu apli vniuer  
sos aurifices ⁊ gēmarios p̄ vij. die⁹ q̄  
rentes reuerzi sūt dicētes q̄ illi nūq̄ t̄ā  
puz aux ⁊ tam p̄cōlas gēmas se uidisse  
testati sunt **D**ixitq; eis **I**te ⁊ redimite  
vobis terras q̄l veditistis qz celoꝝ pre  
mia pdidistis. **E**stote floridi vt marce  
scatis. **E**stote diuites t̄p̄aliter vt i p̄petu  
um mēdicetis **T**ūc apls contra diuitias  
diuic⁹ cepit disputare. oñdēns q̄ vi. sūt  
q̄ debēt nos ab imoderato diuic⁹z appe  
titu retrahere. **P**rimū ē scriptura. vnde  
recauit hystoriāz de diuite eplone que  
dñs rephauit et de lazaro paupē quez  
dominus elegit **S**ecundū est natura  
quia homo sine diuic⁹ nascitur ⁊ nu  
dus et sine diuic⁹ moritur **T**ercū est  
creatura qz sol. luna. sydera. pluuia. aer  
omnibus sūt comūia **E**t comūiter  
sua beneficia largiuntur. sic ⁊ inter homi  
nes omnia. comūia esse debent. **Q**u  
tū est fortuna. **D**ixit em̄ qz diues ser  
uus efficitur. nummi ⁊ dyaboli. **N**ūmi  
quia non possidet diuicias. sed ipse a  
diuic⁹z possidetur. **D**yaboli quia iuxta  
euangelium amator pecunie seruus est  
mammone. **Q**uintū ē cura quia habent  
curam et solitudinem diurnam et noc  
tūrnāz i acq̄rendo et i custodiēdo timorē

Hærtū est iactura ⁊ ostendit q̄ diuide  
 sunt causa iactura que est in acquisicō  
 ne duplicis mali scilicet mali in p̄nti.  
 qd̄ est clatio et mali ī futuro qd̄ est eter  
 na dampnatio et alterius qd̄ est in per  
 ditione eterna scilicet duplicis boni sci  
 licet boni in p̄nti qd̄ est gratia et boni in  
 futuro qd̄ est eterna gloria. Cū igit̄ s̄a  
 ctus iohānes extra diuicias taliter dis  
 putaret ecce iuuenis quidē mortu⁹ esse  
 rebat̄ qui triginta dies habbat qd̄ vxo  
 rem acceperat. Vnic̄s igit̄ mater vidua  
 et ceteri qui eū flebat̄ ad pedes apli par  
 derūt rogantes q̄ hūc q̄ sicut druzianā  
 in noīe dñi suscitaret flente igit̄ apl'o  
 diuicius et orāte continuo resurrexit. Pre  
 cepitq̄ ei ut illis duob; discipulis enar  
 raret q̄tā incurrissent penā et q̄tā glo  
 riā pdididissent q̄ multa de gloria pa  
 radisi et de penis inferni quas vidrat e  
 narrauit dicēs o miseri vidi āgelos ve  
 stros flētes ⁊ demones gratulātes. dixit  
 q̄ eis q̄ pdidissent eterna palacia q̄ sūt  
 gēmis coruscantib; fabricata claritatē  
 mirabilis cōtinua copiosis epulis refe  
 cta delicijs plena gaudijs gloriōsa per  
 māsura. De inferno aut̄ octo penas dix  
 it que hīs versib; continent. **V**ermes et  
 tenebre flagellū frigus ⁊ ignis **T**emo  
 nis aspectus scelerum cōfusio luctus.  
**T**ūc ille qui fuerat suscitatus et illi duo  
 discipuli ad pedes apli se p̄sternētes ro  
 gabant ut misericordiā cōsequerent̄. **Q**uib; a  
 postolus ait. xxx. dieb; penitentiā agite  
 inter quos orate ut virge et lapides ad  
 naturā pristimā reuertant̄ qd̄ cū factum  
 esset ait eis. **I**te et vñ tulistis virgas ⁊  
 lapides defractis qd̄ cū fecissent et virge  
 et lapides in sui naturam reuersi fuissent  
 oīm virtutū gratiā quā habuerāt rece  
 perūt. **C**ū aut̄ beatus **J**obes p̄ totam a  
 syam predicasset cultores ydolorū sedē

cōnē in populo cōstantes **J**obem ad tē  
 plū dyane trahabant cū sacrificiū offer  
 re quib; **J**obes hanc disiūctionē p̄posu  
 it ut aut ipsi ad inuocacionē cristi euer  
 terent et ipse ydolis sacrificaret aut ipse  
 ad inuocacionē cristi templū ouerteret.  
 ut ipsi in cristū crederēt. **H**uc ergo sen  
 tentie cū maior pars populi cōsensisset  
 exeūtib; cūctis de templo orauit apl's  
 et funditus tēplū corruit et dyane yma  
 go penitus cōminuta est. **A**ristodamus  
 aut̄ pontifex ydolorū in populo seditio  
 nē maximā cōtrauit ita ut vna pars cō  
 tra aliā ad prelū pararetur. **C**ui apl's  
 qd̄ tibi vis faciā ut placeris. **C**ui ille si  
 vis ut credam in deū tuū dabo tibi vne  
 nū bibere. et si nullā in te lesionē verus  
 deus dñs tuus apparebit. **C**ui apl'us.  
**F**ac ut locutus es. **E**t ille nolo ut an  
 te alios morientes videas. et si amplius  
 partim escas. **P**ergens igit̄ aristodem⁹  
 ad p̄cōsulē duos viros decapitandos  
 p̄cēit ⁊ corā eis oīmib; vnenū dedit. q̄  
 mox ut vnenū dedit biberūt spiritū exar  
 lanunt. **T**ūc apl'us calicē accipiēs et si  
 gno crucis se muniēs totū vnenū bibit  
 et nullā lesionē incurrit. q̄ p̄pter deū  
 oīs laudare ceperūt. **A**ristodamus aut̄  
 dixit ad hec michi inest dubietas. sed si  
 vnenō mortuos suscitauerit absq; du  
 bio vxe credam **T**ūc apl'us ei tunicam  
 suā tribuit. **C**ui ille cur michi tunicam  
 tuā dedisti **C**ui apl's ut sic cōfusus a tua  
 infidelitate discedat. **C**ui ille nunq̄d tu  
 mica tua credere me faciet. **E**t apl's vade  
 et mitte eā sup corpa defūctorū dicens  
 apl'us cristi me misit ad vos ut ī cristi  
 nomine exurgatis. qd̄ cū fecisset illico  
 surrēperūt. **T**ūc apl's pōtificē et p̄cō  
 sulē credēs cū oī parentela sua ī cristi  
 nomine baptizauit. qui in honorem be  
 ati **J**ohannis ecclesiam construxerunt

Refert beatus clemens sicut i. iij. libro ec-  
clesiastice hystorie inuenit quod quidam tēpe  
apostolus quendam iuuenem pulcrum et forte ouer-  
tit et eum eundem episcopo sub depositi nomine  
comendauit post aliquod autem tempus iu-  
uenis dereliquit episcopum et factus est  
princeps latronum. **A**postolus itaque ad  
episcopum venit et suum depositum requisit  
**C**umque ille de pecunia intelligeret et ex  
hoc vehementer stuperet dixit ei apostolus  
iuuenem illum a te repero quem tibi tam stu-  
diose recomendauit. **C**ui ille pater sancte  
in anima mortuus est et in tali monte cum  
latromibus degit quorum ipse princeps ex-  
stitit. **Q**uibus auditis vestem suam scidit  
et caput suum pugnis ferens bonum inquit  
te custodem fratris anime dereliqui con-  
fessim igitur equum sibi pare iussit et ad il-  
lum montem trepidus cucurrit. **Q**uem cum iu-  
uenis insperasset pro pudore nimio statim  
equum ascendit et velocius aufugit apo-  
stolus autem etatis oblitus urget calcaribus  
equum et post tergum clamitat fugientis  
ut quid fili dilectissime fugis patrem  
et inermem senem. **N**e timeas fili quia pro te  
christo rationem reddam et certe pro te libe-  
ter moriar sicut pro nobis christus est mor-  
tuus. **R**euertere fili reuertere quia dominus  
me misit. **Q**ui audiens stupens rediit  
et amarissime fleuit. **A**postolus autem  
ad pedes eius prostratus et manum tanquam pro peni-  
tentiam iam purgata osculari cepit ieiunans  
ante igitur et orante pro eo apostolo veniam  
impetrauit ipsaque postmodum in episcopum  
ordinauit. **L**egitur quoque in eadem hystoria  
ecclesiastica et habet in glosa super secundam ca-  
nonicam iobis quod cum iobes apud ephesum  
balnea lauandi gratia introisset et ibidem  
thermum hereticum vidisset penitus exiit di-  
cens fugiamus hinc ne balnea super nos  
corruant in quibus lauat thermus veritatis  
inimicus. **C**um autem quedam prolix dicit viua

beato iobi a quodam oblata fuisset et il-  
le eam quasi demulcendo tangeret et contracta-  
ret. **Q**uidam adolescens hoc videns ad co-  
euos suos ridendo dixit videre quomodo  
ille senex cum auicula sicut puer ludit quod  
beatus iobes per spiritum recognoscens iu-  
uenem ad se vocauit et quid in manu te-  
neret inquisiuit cui cum se arcum diceret  
tenere ait quid inde facis et iuuenis aues  
inde ac bestias sagittamus. **C**ui apostolus  
qualiter tunc iuuenis arcum cepit tendere  
et tensum in manu tenere. **S**ed cum nihil ei  
apostolus diceret iuuenis arcum disten-  
dit. **C**ui iobes quare fili arcum disten-  
disti. **E**t ille quod ad uisus tensus tenere ad  
iacenda iacula infirmiorum redderet. **E**t a-  
postolus ad hoc sic et humana fragilitas  
ad contemplationem minus valida fieret si sem-  
per in suo rigore persistens fragilitati sue in-  
terdum condescendere recusaret. **N**am et aquila  
cunctis auibus celsius volat et solem clar-  
ius respicit et tamen nature necessitate  
ad ima descendit. **H**ic et humanus ani-  
mus cum se modicum a contemplatione retrahit  
crebra in nouatione ardeat ad celestia  
tendit. **B**eatus igitur iohannes ut testatur  
ihero. **C**um ipse usque ad ipsam suam ultimam  
senectutem ephesi moraretur et vix inter di-  
scipulorum manus ad ecclesiam deferretur  
nec plura verba dicere posset ad quolibet  
paulam hoc dicebat filioli diligite alteru-  
trum. **T**andem fratres qui cum eo erant ad-  
mirantes quod semper eadem diceret. **D**ixerunt  
ei magister quare semper eadem loqueris.  
**Q**ui respondit quia preceptum domini est et si  
solum hoc fiat sufficit. **R**efert quoque helmardus  
quod cum iobes euangelista euangelium scribere de-  
beret prius idcirco ieiunium ut oraret se dig-  
scripturum. **S**eruit autem ipse pro illo loco secre-  
tissimo in quo diuina scripturus secesserat  
orasse ut nullas huic insistens operi ve-  
rozum ibi aut imbrum iniurias pateret



hancq; eidē loco usq; hodie reuerētā ele-  
 menta seruare dicūtur. hec helimardus  
**C**ū igit esset nonaginta octo annoꝝ et  
 a passione dñi secūdu yfidoꝝ anno sexa-  
 gesimo septimo apparuit ei dñs cū dis-  
 cipulis suis dicēs veni dilecte mi ad me  
 qz tempus est ut in mēsa mea cum tuis  
 fratrib; epuleris. **S**urgēs aut Jobes  
 cepit ire. cui dñs dominica die ad me  
 venies. Veniēte igitur dominica vniuer-  
 sus populus conuenit ī ecclesia que fu-  
 erat iphus noīe fabricata qui a p̄mo  
 pulloꝝ cantu predicauit eisde hortās  
 eos ut in fide essent stabiles et in māda-  
 tis dei seruētis essent post hoc foueam q̄  
 dextram iuxta altare fecit fieri et terzā  
 extra ecclesiā iactari. **D**escēdensq; ī foue-  
 am expansis ad deū manib; dixit. **I**nui-  
 tatus ad cōuiuū tuū dñe ibi criste ec-  
 ce venio gratias agēs. qz dignatus es  
 me ad tuas epulas inuitare sciēs q̄ ex  
 toto corde meo desiderau te. **C**ūq; orac-  
 onē fimsset tanta lux sup eū emicuit q̄  
 nullus eū respicere potuit. **R**ecedēte aut  
 lumine māna fouea plena inuenitur.  
 q̄ in loco illo usq; hodie generat ita ut  
 in infūdo fouee instar minute arene sta-  
 turire videat sicut in fontib; fieri so-  
 uet. **S**anctus eadimū dus rex anglie  
 nulli petiti in nomine sancti Jobis euā-  
 geliste aliqd denegabat. **V**nde cōti-  
 git q̄ quidam peregrinus absente ca-  
 merario ī noīe sancti Jobis euāgeliste  
 impotune a rege elemosinā postularet  
**C**ui rex p̄tiosū annulū cū nil aliud ī  
 promptū haberet dedit. **S**ed post plu-  
 res dies quidē miles anglie in trāsmā-  
 rimis partib; constitut; ab eodē peregrino  
 annulū regi referēdi in hec verba rece-  
 pit. **I**lle cui et pro cui; amore annulū  
 hūc dedisti tibi remandat vnde liquido  
 paruit q̄ beatus Jobes eidē in forma ap-

paruit peregrini. **Y**sidorus de ortu vita  
 vel obitu sanctorū patrū murauit **J**o-  
 hannes in aurū siluestres frondū vir-  
 gas lictoꝝeaq; saxa in gēmas gemmas  
 rū fragmina in p̄p̄iam reformauit na-  
 turā p̄cepto viduā suscitauit ⁊ rediui-  
 uum iuuenis corpus remeante aīa re-  
 parauit bibēs letiferū haustū euasit peri-  
 culū et eodē prostratos inuite reparauit  
 statū hec ysidorus.

**I**nnocētes dicuntur **De innocentib;**  
 triplia radone. scilicet radone vite raci-  
 one pene et radone innocētie assecute.  
 Radone vite dicuntur innocētes. ex  
 eo q̄ vitam innocētē id ē nō nocētē ha-  
 buerūt nulli em̄ vnq̄ nocuerūt nec deo  
 p̄ inobediētā nec proximo p̄ iniusticiā  
 nec sibi p̄ alicui; peccati maliciā. et ideo  
 dicitur in psalmo **I**nnocētes et recti ad-  
 heserunt michi **I**nnocētes in vita et re-  
 cti in fide. **R**ōne pene qm̄ innocēter et  
 iniuste passi sunt. vnde psalmista. **E**ffu-  
 derunt sanguinē innocētē. **R**ōne mmo-  
 cētie assecute qm̄ in ipso martirio assecu-  
 ti sunt baptismalē innocētā id est ab  
 originali peccato mūdiciā de q̄ innocē-  
 tia dicitur in psalmo. **C**ustodi innocē-  
 tiam et vide equitatē id est custodi in-  
 nocētiam baptismatis et postmodum  
 vide equitatē bone opationis  
**I**nnocētes ab herode ascalomita interfe-  
 cti sunt. **T**res em̄ herodes sacra scriptu-  
 ra cōmemorat quos famosus fecit eoz  
 infamis crudelitas. **P**rimus dicitur est  
 herodes ascalomita. sub quo dñs nat⁹  
 est et a quo pueri occisi sunt. **S**ecun-  
 dus dicitur est herodes antipas qui io-  
 hannem decollauit. **T**ercius dicitur ē  
 herodes agrippa qui **J**acobum occidit  
 et petrum incarcerationi. vnde de hoc ex-  
 stant versus. **A**scalomita necat pueros  
 antipa iohannem. **A**grippa iacobum

claudens in carcere petrum **S**ed primi  
herodis hystoria breuiter videam<sup>9</sup> au-  
tipat ydume<sup>9</sup> vt in hystoria scolastica  
legit. **R**eptē regis arabū duxit vxorē  
ex q̄ filiū habuit quē vocauit herodem  
q̄ postmodū ascalomita dict<sup>9</sup> est hic a  
cesare augusto regnum iudee accepit ⁊  
nūc primit<sup>9</sup> ablatū est sceperū de iuda  
huic sex filij nati sūt scilicet antipz alexā  
der aristobol<sup>9</sup> archela<sup>9</sup> herodes antipas  
et philippus **A**lexandrum autē ⁊ aristo-  
bolum ex eadem matre iudea genitos ro-  
mam misit liberalib<sup>9</sup> artib<sup>9</sup> inuendos  
post hoc a studio redierūt ⁊ erat alexā-  
der acerzimus perorator. **J**amq<sup>9</sup> licen<sup>9</sup>  
de suscepōe regni cū patre disceptabāt  
ab hoc pater offensus antipatrem illis  
preponere satagebat. **C**ūq<sup>9</sup> illi de morte  
patris tractassent ⁊ ob hoc a patre reie-  
cti fuissent cesarem adeunt ⁊ de patris i-  
iuria conquesturi. **I**nterea magi ierosoli-  
mā veniūt ⁊ de ortu noui regis diligē<sup>9</sup>  
sciscitantē herodes hoc audiens p̄turbatē  
timens ne de verorum regum genere ali-  
quis natus esset qui eum tanq̄ regni i-  
uasorē repelleret **R**ogabat igit<sup>9</sup> magos  
vt eo muento sibi renuncient similans  
se velle adorare quem volebat occidere  
**V**eruntamē magi p̄ aliam viam reuer-  
si sunt in regionem suā videns herodes  
q̄ nequaq̄ ad se venirent stelle visione  
eos deceptos ad se redire erubuisse credi-  
dit **E**t ideo ab inquisitione pueri animū  
reuocauit **C**um autem audisset que pa-  
stores dixerāt **E**t que symeon ⁊ anna p̄-  
phetauerant vehementer timuit ⁊ se a ma-  
gis turpiter illusum putauit. **T**unc her-  
odes de nece puerozum qui erant in bet-  
lehem tractare cepit vt cū eis ille quē  
ignorabat occideret **A**d momicionem au-  
tem angeli ioseph cum puero ⁊ matre i  
egyptum in ciuitatem hermopolis fugit

ibiq<sup>9</sup> septem annis vsq<sup>9</sup> ad obitum her-  
rodis mansit. **I**ngrediente igit<sup>9</sup> domino  
egyptum scdm ysaie vaticinium vniuer-  
sa ydola corruerunt **T**radunt q̄ q̄ sicut  
in exitu filiozum israhel de egypto non  
fuit domus in egypto in qua p̄curante  
domino non iaceret mortuum primoge-  
nitum ita nec tunc fuit templum in  
quo non corruisset ydolum **R**efert cassio-  
dorus in hystoria triptita q̄ in hermo-  
poli thebaide dicat esse arborē que voca-  
tur perndis valens in salutem multozū  
**S**i fructus aut folium aut pars corti-  
cis collo egrotancū alligetur **C**um igit<sup>9</sup>  
tur beata maria cum filio in egyptū fu-  
geret **H**ec arbor vsq<sup>9</sup> ad terram inclina-  
ta est ⁊ cristum suppliciter adorauit hec  
cassiodorus **C**um igit<sup>9</sup> herodes de nece  
puerozum disponeret a cesare augusto  
p̄ epistolam est citatus filiozum accusa-  
tombus responsurus. **Q**ui cum p̄ tar-  
sum iter faceret intellexit q̄ magos na-  
ues tarsensiu trāsuerissent ⁊ ideo omnes  
naues tharsis oburi fecit s̄m quod pres-  
dictum fuerat. **I**n spiritu vehementi con-  
teres naues tharsis. **C**ūq<sup>9</sup> pater cū filijs  
corā cesare disceptarent difinitū est vt  
filij patri in omnib<sup>9</sup> obedirent ⁊ ipse cui  
vellet regnū dimitteret **R**ediens igit<sup>9</sup> her-  
rodes ⁊ ex cōfirmacōe factus audacioz  
mittens occidit omnes pueros q̄ erāt in  
betlehem a bymatu ⁊ infra s̄m tēp<sup>9</sup> q̄ ex-  
quisierat a magis hoc autem duplicem  
intelligēciam continet **P**rimo vt infra  
dicat ordinem temporis et est sensus a  
bymatu ⁊ infra id est ab infantibus du-  
ozum annozum vsq<sup>9</sup> ad pueros vnius  
noctis didicerat enim herodes a magis  
ea die q̄ stella apparuit eis dominū natū  
esse ⁊ q̄ iam annus fluxerat ex eo q̄ ro-  
mam ierat ⁊ redierat dominū amiculum  
et reliquozum insup dierū esse credebat

**I**deoque supra etate eius usque ad ymos  
 et infra usque ad vnius noctis infantis  
 defuit in pueros timens pueri morpho  
 seon ne scilicet puer cui sidera famulae  
 supra etate sua vel ita facie transformaret  
 et hoc sententia vltimorum et verior habetur  
 et reputat. Alio modo exponit secundum  
**C**risostomum. ut infra dicat ordinem nu  
 meri et est sensus ab ymatu et infra id est  
 a pueris duorum annorum. dicit enim stellam  
 per annum ante ortum saluatoris magis ap  
 paruisse. Herodes autem postquam hoc a ma  
 gis didicit romam vadens et hoc per annum  
 distulit. Credebat autem tunc dominum natum fu  
 isse quando magis stella apparuit et ideo  
 dominum duorum annorum esse credebat unde pu  
 eros bymos occidit et demceps usque ad  
 quinque annos sed non minores bimis.  
**C**ui assertionem fidem facere videtur quod  
 da ossa innocentium habent a deo gratia quod  
 bymorum esse non possunt. potest tamen dici  
 quod longe maioris erat homines quam titatis quam  
 modo. Ipse autem herodes statim ibidem  
 punitus est. Nam sicut ait macrobius et  
 in quadam cronica legit vnus paruus  
 filius herodis ibidem ad nutriendum casus  
 fuerat datus qui cum alijs a canisibus  
 est occisus. Tunc ad impletum est per  
 prophetam. Vox ploratus et ululatus  
 tuus piarum scilicet matrum auditu est in  
 rama id est in excelsis deus autem iudex iustis  
 simus ut in eisdem hystorijs legit scolola  
 sticus non est passus tantam herodis neque  
 nam remanere impunitam diuino enim  
 iudicio factum est ut a multis orbauerat  
 filijs ipse suis miserabilibus orbaretur.  
**N**am alexander et aristobolus iterum patri  
 habitu sunt suspecti. confessus est autem vnus  
 de eorum complicibus quod alexander multa  
 sibi donaria promississet si patri venenum  
 propinquaret confessus est etiam tonsor  
 de promissis sibi muneribus. **S**i dum

21  
 patris barbam raderet. cum continuo  
 iugularet addiditque alexandrum. di  
 xisse non esse ponendam spem in sene qui  
 sibi capillos tingeret ut iuuenis appa  
 reret. ob hoc pater iratus eos occidi fecit  
 et antipatrem autem futurum regem instituit  
 sed ipsi antipatri herodem antipam  
 in regnum substituit. **I**nsuper herodem as  
 grippam et herodiadem uxorem philippi  
 quos ex aristobolo susceperat prima di  
 lectione fouebat. hac duplici de causa  
 antipater intollerabilem contra patrem con  
 cepit odium inquit quod eum attemptauit occi  
 dere per venenum quod herodes iam presentis  
 ens cum in carcere posuit. **A**ugustus au  
 tem cesar audiens quod filios occidisset. dixit  
 mallem esse herodis porcus quam filius  
 quod cum sit pro se litus parcas parat et fi  
 lios occidit. Ipse autem herodes cum iam  
 annos lxx. haberet in grauissima egrit  
 tudine occidit. **N**am febre valida puru  
 sine corpus tolli continuo tormentis pe  
 dum inflammatione vermescens re  
 sticulis intollerabili fetore crebro ban  
 elitu et interruptis suspirijs torquebatur  
 a medicis vero in oleo positus inde quasi  
 mortuus est allatus. **A**udiens autem in  
 dios mortem suam cum gaudio expectare.  
 nobiliores iuuenes ex omni india col  
 lectos in carcere posuit dixitque salome so  
 rori sue. **S**ic in deos de morte mea ga  
 uisuros sed potero habere multos lugen  
 tes et nobiles exequias funeris. **S**i  
 melis volueris parere mandatis. ut cum  
 spiritum emisero cunctos occidatis quos in  
 custodia seruo ut sic omnis india me defle  
 at licet in vita. habebat autem in consuetu  
 dine ut post omnem cibum pomum per se pur  
 garet et comederet. **C**umque gladium manu  
 teneret tussisque violenta discinderetur ar  
 cuspicans ne se aliquis impediret seipsum  
 percussurus manum dextram sustulit. sed

consobrinus eius sustinendo dextram impedi-  
uit. Protinus autem quasi rex mortuus esset in  
aula regia vllularum insonuit. Quo au-  
dito exultat antipater multaque si solus  
custodibus pollicetur. Quod cum cognouisset  
herodes grauius filij exultacione quam ipse  
tulit mortem. Attentisq; satellites eius occidi  
